



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 14. Naturali vi corporis, nec in duobus simul locis positionem, nec penetrationem dari posse.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

est pater mendacij, ita saepe docet etiam  
veras sagas, cum iam deprehensæ sunt,  
infaniam simulare, ut fingendo morbo  
euadant, quod sacrilega impietate me-  
ruissent. Quin certum est, etiam in ipso sa-  
cro tribunali multas eiuscmodi Orco  
mancipatas mulierculas; postquam verè  
cœperunt confiteri ac resipiscere, subita  
diaboli suggestione deceptas, omnia ex-  
templo retractare, quæ paulò priùs sponte  
confessæ sunt; quæ si vrgentur, ut con-  
stanter pergent poenitentiâ vti, dicunt, se  
priùs quasi per somnium locutas, nec men-  
tē præsentē fuisse. Ibi Confessarius habet  
campum pugnandi, instandi, vrgendi, ad-  
hortandi, ut bene copta non interrum-  
pant, & se tandem tam dira Stygij tyran-  
ni seruitute liberent. Cessit multis felici-  
ter ille conatus, animasque amabili con-  
stantia & cōstanti charitate lucrati sunt;  
quas vtiq; fide statim mendacijs adhibita,  
per lenitatem perdidissent.

§. XIV.

*Naturali vi corporis nec in duobus simul locis  
positionem, nec penetrationem dari  
posse.*

Sed, ut ad rhombum redeamus, etsi  
Kk 2 dæmon

500 Cap. XIV. An, & quomodo diabolus

dæmon potest efficere dictis modis monstra ex hominibus, animaduertendum tamen est, quid agat, quando specie picae, mustelæ, aut bufonis, vel etiam muris, aut felis, alteriusuē parui animalis tales sibi videntur apparere. Nam quemadmodum ipse non potest loca distantia ab inuenientem, non occupato medio, simul implere, & idcirco nec unum corpus in duobus locis disiunctis simul collocare; ita neq; potest quantitatem corporum sic mutare, ut

Pet. Thy. inde partium penetratio sequatur. Quia ræus l. 2. id natura non permittit, & meritò cum de spirit. Aristotele D. Thomas reclamat. Potest appar. vtrumque Deus, vel diuina virtute Angelus; ita enim S. Nicolaus, S. Agatho, S. Benedictus, S. Ambrosius, S. Franciscus c. 6. & 7. infinita Dei virtute, simul in duobus locis

S. Chrys. visi sunt, & D. Chrysostomus ait, Habacuc orat. de ab Angelo demissum & reductum ex lacu incredu- clauso, & sigillis integris manentibus; do- lit. D. cetque cum D. Augustino fides, ita Thomæ. stum Dominum post resurrectionem, ad S. Augu- discipulos clausis ianuis ingressum; sicut & stin. tract. 121. in clauso manente sepulchro resurrexit; & il- Ioan. Ioan. 20. laeso claustro virginali in lucem prodijt. 19. Potest hæc Deus naturæ dominus, & in virtute

virtute Dei Angeli boni; at spiritus mali neutrum possunt, quia nihil possunt supra vires naturæ. Quare, si Pythagoras, eodem tempore, in duabus urbibus conspectus est, ut de eo Origenes tradit; si Imperatori patri filium suum exhibuit Theodorus monachus, ut scribit Zonaras, apparitiones illæ ab Angelis malis procuratae, ad speciem tantum visæ, res ipsa præstigiosa fuerunt. Facile est dæmoni, personā alterius exprimere & præsentare, si Deus permittat; sicut & à bonis Angelis fieri posse, negari nequit. Quin & quando benefici sibi videntur in cicadas, mustelas, picas, immò & formicæas contrahi, & per tenuem rimam in conclave alterius irrepere, aut etiā per ianuas clausas, vel per circulum carbone in muro designatum ingredi, tunc vel dæmon eorum dormientium vices agit; vel eos dementatos occulit per glaucoma, ne toti videantur, monstratoque tantum mustelæ alterius animalis corpore, cetera præstigijs tegit, & ianuam, vel fenestram, vel aliam per muros rimam totius corporis capacem latenter aperit, lapidibus alijsfue obstatulis, non minore dexteritate, quam

Orig. lib.  
6. contr.  
Celsum,

Kk 3

celeri-

celeritate, exemptis, atque in suum locum pari velocitate repositis, viam intrandi exeundi facit. Potest autem, ut supra dixi, species visuas, ne in oculos astantium perueniant, per corporis alicuius interpositionem, vel per nimiam aëris agitatem, impedire; vel corpus illud aliqua ratione vestire, ut tapetibus, vel parieti, vel alij rei simile videatur; ut factum esse credibile est, quando Apollonius Thyanæus se Domitiani oculis subduxit. Neque aliud fuisse putem Persei clypeum, apud Græcos; aut Gygis annulum, apud Ciceronem, quam dæmonis tam fraudem, qui mediante solūm motu locali, & per eum actiuam passu applicando potest esse caussa ta-

S. Thom. lium mutationum. Nulla enim est propor-  
I. p. q. 110. tio spiritus extra omnem materiam subsi-  
a. 2. ad 2. stentis, ad corporeas qualitates ex poten-  
& 3. & a. 3. tia materiæ, vel subiecti materialis imme-  
ad 2. Ga- diatè educendas. Sumit ergo agentia &  
briel patientia naturalia, eaque applicans, facit,  
Vafq. I.p. vt talia, vel talia monstra, vel non mon-  
disp. 218. stra producantur. Atque ita satis expli-  
catas puto artes mali spiritus etiam ex alijs  
c. 3. monstra facientis. Vnde nunc expeditum  
erit, ad contrariæ sententiæ argumenta-  
respondere.

§. XV.